

U. 9. 17. 3



Facultatis Juridicæ in Academia Salanâ h. t.
DECANUS
JOHANN-VOLK. Bechmann/ J. U. D. & Prof. Publ.

L. S. D.



Suræ in Republicâ Græcâ & Romanâ disconveniebant. De illâ est insignis sententia Mæroclis apud *Aristot. lib. 3. Rhetor. c. X. in verb.* Καὶ Μοιροκλῆς εἰδὲν ἔφη πονηρότερον εἶναι, ὀνόμασις ἢ τῶν ἄδικων ἐκείνων μᾶλλον ἢ τῶν ἀδικῶν τῶν πονηρῶν εἶναι, αὐτὸν ἢ τῶν δεκάτων. Quæ Casaubonus sic transtulit: Et Mærocles dixit, nihil nequius esse, cum quendam nominasset probum, illum enim in tertiis Ufuris nequam esse, ipsum in decimis. Mærocles fuit magni nominis Demagogus, qui rempublicam Atheniensem gubernabat, quod indicat Harpocratio *Μοιροκλῆς, ὄνομα κέρμον Σαλαμίνι* τῶν παρ' Ἀθηναίους ὡς ἀφανῶς πολιτοδοσαμένων. Ex hoc dicto Mæroclis patet, usuras, quæ tertiam partem sortis æquabant, Athenis fuisse maximas. Unde M. hunc vocavit *πονηρότερον*, qui tales accipiebat. Cæterum ut hoc ὡς ἐν παρόδῳ subjiciam, locus ille Philosphi non desiderat manum criticam, nec peccat in leges Atticisimæ. In Romanâ Republicâ usura centesima maxima est, cum singulis mensibus duodecima centesimæ ceu assis usurarii pars, hoc est uncia solvitur, de quâ vide damnatam legem lecta *40. de Reb. Credit. l. nihil interest 4. de Naut. fæn. l. si pro mutua 8. C. si cert. pet.* Variant scilicet usuræ pro more regionum. Unde est, quod Papinianus *l. 1. in pr. ff. de Usur.* respondet, usurarum modum ex more regionis, ubi contractum est, constitui, & Ulpianus in *l. 5. in contraria 37. d. 1.* docet constitutum esse, ut usuræ præstentur, quæ in regione frequentantur, parallelus textus est in *l. idemque 10. §. si Procurator ff. Mand. ibi: quæ legitimo modo in Regionibus frequentantur.* Sunt hodiè qui prorsus damnant usuras, & tamen *Montes pietatis* admittunt, quorum rationes h. l. omnes si convasare & afferre velim, viatico opus

haberem. Apud nos regulariter quincunces usuræ permittuntur, & ita totâ die pronunciamus, unde quidam qui nummos inhiant, ut cum Comico loquar, quasi esurientes Lupi, frustra majores stipulantur. Illæ autem usuræ curatè loquendo non solvuntur, quatenus usuræ, sed tanquam interesse. Vocem *interesse* Græci reddunt τὸ ἀφ' ὅρου vel τὸ ἀφ' ὅρου. Et non conveniunt interpretes an interesse substantivo modo in Jure Romano occurrat, qui eam jure Romanæ Civitatis gaudere asserunt, illi se tuentur *l. 82. in pr. de Legat. 2. ibi si interesse tantum est in legato, quamvis alii dicant, hanc vocem esse hypobolimæam, & in Florentinis libris haberi inter usurium; De Jure Feudali res est expeditior. 2. Feud. 26. §. si facta, ibi an præstando inter esse vasallo liberetur, & hanc acceptionem Tritura fori probat. Interesse à DD. variè definitur & dividitur, sicut patet ex Commentatoribus ad *l. unic. C. de sentent. quæ pro eo quod interest prof.* de quibus explicatè acturus est Clarissimus Dn. JOHANNES GELBKE Candidatus in Utroque Jure dignissimus. Natus autem ille est in oppido Elbingeroda propter Sylvam Herciniam Anno M DC XXXVII. Patre Viro Prudentissimo & integerrimo Dn. SEBASTIANO GELBKEN, Organico ejusdem loci meritissimo, Matre matrona piâ & honestâ OTTILIA ROBRAANS. Et cum parentes indolem eximiam in puero statim deprehenderent, & quod literas naturæ præstantiâ deperiret, in hoc toti fuerunt, ut ipsi cum altero fratre, Pastore p. t. Eccles. Haimburgensis vigilantissimo de fidelibus præceptoribus prospicerent, cujus voti etiam sunt facti compotes. Nacti enim sunt primùm Dn. ACHAZIUM BRÜGGEMAN, Pastorem postea Eccles. Gruningensis ὡν ἐν ἀγίοις, sub cujus auspiciis prima literarum rudimenta posuit. Cui successit Dn. OTTO HÖNE, Pastor Eccles. Neinsted. vigilantissimus; quo fidelissimè manucente tantum profecit, ut in utraque tam latinâ quàm Græcâ lingua scriberet. Sed ut se præsidii, quibus Ingenia ad majorem cultum parari solent, magis præmuniret, Quedlinburgum se contulit, & informationi Clarissimi Dn. M. PRÆTORII, tum temporis ibidem Rectoris fidelissimi b. m. se mancipavit. Cumque ibidem fundamenta in latinâ & græcâ linguâ exactiora jecisset, suâ suorum Parentum, & consilio Magni alicujus Viri, qui ipsius profectus antea exploraverat, in Illustrem Academiam Juliam Anno M DC LV. concessit. Optione itaque ipsi à parentibus relicta, cui facultati se addiceret, in Jurisprudencia sibi metam & scopum fixit, ut in eâ legitima stipendia faceret. Ne verò sepositâ omni Philosophiæ culturâ inermis & quasi illotis manibus in Jurisprudenciæ sacraria profano impetu irrueret, primo anno potissimùm Philosophiæ invigilavit, & intra privatos parietes Excellentissimum Dn. M. FRÖLINGIUM Logices ibid. P. P. Logicam & Metaphysicam docentem sedulo audivit. Celeberrimi Dn. M. SCHRADERI eloquentiæ P. P. Collegio privato de conscribendis epistolis non sine fructu interfuit. Cum verò Philosophiam præct. studio Juridico maximè accommodatam fore judicaret, plus temporis illi quam Theoreticæ impendit, & aliquot Collegia Ethica & Politica privatim frequentavit: ut reliquos taceam, Virum plurimum Reverendum & Excellentissimum Dn. MEJERUM S. S. Theol. D. & ejusdem Facultatis P. P. extraord. Ethicam & Politicam privatim docentem auscultavit: cui privatæ publicam Nobilissimi Dn. EICHELII in Ethicis, Experientissimi Dn. CONRINGII in Politicis informationem adjunxit. In jure ibi nactus est Præceptores Viros Nobilissimos, Amplissimos & Consultissimos Dn. D. HAHNIUM, Dn. D. WERNERUM, Dn. D. MEHLBAUMIUM, Dn. D. BINNIUM & prælaud. Dn. D. EICHELIIUM P. P. celeberrimos, quos altero anno docentes magno studio audivit. Biennio ibidem peracto huc concessit. Et statim Virum Nobilissimum, Amplissimum, Consultissimum atque Excellentissimum Dn. GEORGIUM ADAMUM STRUVIUM Jctum & Antecessorem celebratissimum, Facultatis Juridicæ Seniore, Consiliarium Saxon. Scabinatus Curiaque Provincialis Assessorum gravissimum privatim Institutiones profitentem non sine maximâ utilitate audivit. Me quoque in Collegio, quod ad *paratitla Wesenbecii* institueram, laudabiliter sectatus est, & hoc silentio præterissem, nisi *ἀδίαφορῆα* meâ meritis suis detrahi Candidatus noster existimasset. Cumque aliquando Vir Nobilissimus, Amplissimus, Consultissimus atque Excellentissimus Dn. ERNESTUS FRIDERICUS SCHRÖTER Jctus P. P. celeberrimus, Consil. Saxon. Curiaque Provinc. & Scabinatus Assessor gravissimus Collegium Practicum aperiret, auditorem ejus frequentem egit. Lectiones quoque Publicas non neglexit, sed frequentavit. Respondentis vices bis, opponentis verò multoties sustinuit. Ante aliquot annos disputationem suoapte Marte elaboratam de MUTUO sub meo Præsidio publicè ventilandam proposuit, & cum laude defendit. Paucis abhinc septimanis iterum aliquam sub Præsidio Viri Magnifici, Nobilissimi, Amplissimi, Consultissimi atque Excellentissimi Dn. CHRISTOPHORI PHILIPPI RICHTERI Jcti & Antecessoris celebratissimi, Comit. Pal. Cæsar. Consilarii Saxon. Facultatis Juridicæ Ordinarii, Scabinatus Curiaque Provincialis Assessoris Primarii gravissimi de PROBATIONIBUS publicæ luci exposuit. Et cum nemini præclusa sit via, qui velit viâ virtutis ad gloriam grassari. Factum est, dum aliùs sibi enitendum arbitraretur, quod nomen suum paucos ante dies apud nos decenter professus fuerit, ut in ejus profectus juridicos more solito inquireremus. Hujus voti eum compotem fecimus, diemque diximus. Et cum in Tentamine textus eleganter resolverit, & ad quæsitâ doctissimè responderit, eum in numerum Candidatorum recipimus, eique copiam jure meritoque fecimus, ut eruditionem publicis demonstraret Scholis, quas in *d. l. unic. cras* Deo volente hora IX. in Auditorio Jctorum occipiet. Et ut his Magnificus Dn. Rector, Ordines Academiae universi, & florentissima Studiosorum civitas interesse velint, etiam atque etiam rogamus. P. P. Jenæ. XXIX. Septemb. A. M DC LXIV.*

Typis SAMUELIS KREBSII.



JOHANN-VOLK. J. D. & Prof. Publ.
DECANUS
Facultatis Juridicae in Academia Salana h. c.

Faint, mostly illegible text in the left column, appearing to be a list or index of entries.

Faint, mostly illegible text in the right column, appearing to be a list or index of entries.



99 A 6924


ULB Halle 3
002 636 603



52

V. 17





Facultatis Juridicæ in Academia Salanâ h. t.

DECANUS


JOHANN-VOLK. Bechmann/ J. U. D. & Prof. Publ.

L. S. D.



Suræ in Republicâ Græcâ
Και Μοιρογυλῆς ἔδεν ἔφη πονηρῶν
nihil nequius esse, cum que
cam Atheniensem gubernatam
quæ tertiam partem sortis a
sophi non desiderat manum
usurarii pars, hoc est uncia
pro more regionum. Un
contraria 37. d. t. docet consi
in Regionibus frequentantur.

haberem. Apud nos regulariter quincunces usuræ per
tur. Illæ autem usuræ curatè loquendo non solvuntur
stantivo modo in Jure Romano occurrat, qui eam jure
bolimæam, & in Florentinis libris haberi inter usurium
esse à DD. variè definitur & dividitur, sicut patet ex Cor
in Utroque Jure dignissimus. Natus autem ille est in o
nico ejusdem loci meritissimo, Matre matrona piâ &
hoc toti fuerunt, ut ipsi cum altero fratre, Pastore p. t.
Dn. ACHAZIUM BRÜGGEMAN, Pastorem postea Ecc
tissimus; quo fidelissimè manucente tantum profes
Quedlinburgum se contulit, & informationi Clarissi
exactiora jecisset, suafû suorum Parentum, & consilio M
à parentibus relicta, cui facultati se addiceret, in Juri
manibus in Jurisprudentiæ sacraria profano impetu
Logicam & Metaphysicam docentem sedulo audivit.
phiam pract. studio Juridico maximè accommodatam
Virum plurimum Reverendum & Excellentissimum
Nobilissimi Dn. EICHELII in Ethicis, Experientissim
Dn. D. HAHNIUM, Dn. D. WERNERUM, Dn. D. MEHLBAUM
huc concessit. Et statim Virum Nobilissimum, Ampli
Juridicæ Seniore, Consiliarium Saxon. Scabinatus
quod ad paratitla Wesenbecii institueram, laudabiliter
lissimus, Amplissimus, Consultissimus atque Excellent
Collegium Practicum aperiret, auditorem ejus frequ
quot annos disputationem suo pte Marte elaboratam
dio Viri Magnifici, Nobilissimi, Amplissimi, Consulti
Facultatis Juridicæ Ordinarii, Scabinatus Curiaque P
ad gloriam grassari. Factum est, dum altius sibi enit
remus. Hujus voti eum compotem fecimus, diem
pimus, eique copiam jure meritoque fecimus, ut erudi
Ordines Academiae universi, & florentissima Studiose



De illâ est insignis sententia Mæroclis apud Aristot. lib. 3. Rhetor. c. X. in verb.
εινον μηδ ἔπι τρίτων τῶν πονηρῶν εἶναι, ἀντὶν ἔπι δεκάτων. Quæ Casaubonus sic transtulit: Et Mærocles dixit,
m in tertiis Usuris nequam esse, ipsum in decimis. Mærocles fuit magni nominis Demagogus, qui rempubli
γυλῆς, ὄνομα κύριον Σαλαμίνι τῶν παρ' Ἀθηναίους ὄχι ἀφανῶς πολιτοδοσαμένων. Ex hoc dicto Mæroclis patet, usuras,
nde M. hunc vocavit πονηρῶν, qui tales accipiebat. Cæterum ut hoc ὡς ἐν παρῶν subjiciam, locus ille Philo
mi. In Romanâ Republicâ usura centesima maxima est, cum singulis mensibus duodecima centesimæ ceu assis
em lecta 40. de Reb. Credit. l. nihil interest 4. de Nat. fœn. l. si pro mutua 8. C. si cert. pet. Variant scilicet usuræ
de Usur. respondet, usurarum modum ex more regionis, ubi contractum est, constitui, & Ulpianus in l. 5. in
in regione frequentantur, parallelus textus est in l. idemque 10. §. si Procurator ff. Mand. ibi: que legitimo modo
uras, & tamen Montes pietatis admittunt, quorum rationes h. l. omnes si convasare & afferre velim, viatico opus
nus, unde quidam qui nummos inhiant, ut cum Comico loquar, quasi esurientes lupi, frustra majores stipulan
te. Vocem interesse Græci reddunt τὸ ἀφ' ὄρου vel τὸ ἀφ' ὄρου. Et non conveniunt interpretes an interesse sub
illi se tuentur l. 82. in pr. de Legat. 2. ibi si interesse tantum est in legato, quamvis alii dicant, hanc vocem esse hypo
2. Feud. 26. §. si facta, ibi an præstando inter esse vasallo liberetur, & hanc acceptionem Tritura fori probat. Inter
qua pro eo quod interest prof. de quibus explicatè acturus est Clarissimus Dn. JOHANNES GELBKE Candidatus
Herciniam Anno M DC XXXVII. Patre Viro Prudentissimo & integerrimo Dn. SEBASTIANO GELBKEN, Orga
n parentes indolem eximiam in puero statim deprehenderent, & quod literas naturæ præstantiâ deperiret, in
de fidelibus præceptoribus prospicerent, cujus voti etiam sunt facti compotes. Nacti enim sunt primùm
us auspiciis prima literarum rudimenta posuit. Cui successit Dn. OTTO HÖNE, Pastor Eccles. Neinsted. vigilan
acâ lingua scriberet. Sed ut se prædidiis, quibus Ingenia ad majorem cultum parari solent, magis præmuniret,
ris ibidem Rectoris fidelissimi b. m. se mancipavit. Cumque ibidem fundamenta in latinâ & græcâ linguâ
us antea exploraverat, in Illustrem Academiam Juliam Anno M DC LV. concessit. Optione itaque ipsi
it, ut in eâ legitima stipendia faceret. Ne verò sepositâ omni Philosophiæ culturâ inermis & quasi illotis
nilosophiæ invigilavit, & intra privatos parietes Excellentissimum Dn. M. FRÖLINGIUM Logices ibid. P. P.
eloquentiæ P. P. Collegio privato de conscribendis epistolis non sine fructu interfuit. Cum verò Philoso
am Theoreticæ impendit, & aliquot Collegia Ethica & Politica privatim frequentavit: ut reliquos taceam,
idem Facultatis P. P. extraord. Ethicam & Politicam privatim docentem auscultavit: cui privatæ publicam
mationem adjunxit. In jure ibi nactus est Præceptores Viros Nobilissimos, Amplissimos & Consultissimos
D. EICHELIIUM P. P. celeberrimos, quos altero anno docentes magno studio audivit. Biennio ibidem peracto
llentissimum Dn. GEORGIUM ADAMUM STRUVIUM Jctum & Antecessorem celebratissimum, Facultatis
ravissimum privatim Institutiones profitentem non sine maximâ utilitate audivit. Me quoque in Collegio,
em, nisi ἀδιαφορεῖα meâ meritis suis detrahi Candidatus noster existimasset. Cumque aliquando Vir Nobi
cus SCHRÖTER Jctus P. P. celeberrimus, Consil. Saxon. Curia Provinc. & Scabinatus Assessor gravissimus
licas non neglexit, sed frequentavit. Respondentis vices bis, opponentis verò multoties sustinuit. Ante ali
blicè ventilandam proposuit, & cum laude defendit. Paucis abhinc septimanis iterum aliquam sub Præsi
RISTOPHORI PHILIPPI RICHTERI Jcti & Antecessoris celebratissimi, Comit. Pal. Cæsar. Consiliarii Saxon.
imi de PROBATIONIBUS publicæ luci exposuit. Et cum nemini præclusa sit via, qui velit viâ virtutis
um paucos ante dies apud nos decenter professus fuerit, ut in ejus profectus juridicos more solito inquire
ne textus eleganter resolverit, & ad quæsitâ doctissimè responderit, eum in numerum Candidatorum rece
is, quas in d. l. unic. cras Deo volente hora IX. in Auditorio Jctorum occipiet. Et ut his Magnificus Dn. Rector,
tque etiam rogamus. P. P. Jenæ. XXIX. Septemb. A. M DC LXIV.

Typis SAMUELIS KREBSII.

